



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Quomodo ac tempore trina proclamatio sit facienda. n. 12.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

bus, publicè in templo propositis, instar
 proclamationum matrimonialium, o-
 mnes moveat, ut si quod noverint Ca-
 nonicum impedimentum, ob quod,
 qui volunt ordinari, a suscipiendis ordi-
 nibus repelli debeant, denuntient, idem-
 que Parochus de ipsorum Ordinando-
 rum natalibus, ætate, vitâ & moribus, à
 fidedignis diligenter inquirat; & litteras
 testimoniales clausas & consignatas i-
 psam proclamationem & inquisitionem
 factam continentes, ad Nostrium in Põ-
 tifficalibus Vicarium quamprimùm trans-
 mittat, vel Ordinandis ad eum perferē-
 das tradat, cum declaratione num ali-
 quod Canonicum impedimentum (ob
 quod ad sacros Ordines admitti non de-
 beant) sit denunciatum, & qui de eis non
 docuerit, rejiciatur.

a Conc. Trid. sess. 23. de reform. cap. 11. 13. &
 14. b Conc. Trid. sess. cit. cap. 5. c Statuta A-
 dolphi 3. Archiep. Colon. pag. 432. §. quoniã
 non oportet. & pag. 486. col. 1. §. fin.

Quo modo & tempore trims proclamatio
 fieri debeat.

XII. Salubris hæc Concilij Tuden-
 ni

rini Ordinatio vtiliter seruari poterit, si ad singulos maiores ordines proclamatio & inquisitio huiusmodi fiat, videlicet *Primò*, pro Ordine Subdiaconatus, ad excludendum eos, qui maioribus fortè criminibus inuoluti sunt: & ad deprehendendum eorum fraudes, qui matrimonij vinculis, aut illicitis pollicitationibus implicati, ad ordinem sacrum subdolè se ingerunt: *Secundò*, pro Ordine Diaconatus: *Tertio*, pro Ordine Presbyteratus. Quæ inquisitiones eò pertinere creduntur, ut aptius, iuxta Pontificale, cohæreant, quæ de testimonio populi, in suscipiendis Ordinibus, ex veteri sanctæ Matris Ecclesiæ consuetudine requiruntur. *a*

a Conc. Provinc. Colon. sub Hermanno s. p. t. c. 19. Pontifi Rom tit. de Ordinat. Presbyt.

XIII. Parochus ergo cum primum resciverit suorum aliquem sacris iniuriari velle, statim Dominico vel Festo die inter Missarum solennia denunciationem faciat in hanc sententiam, vernaculâ linguâ.

For-